BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 68v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



qui facitis uoluntatem eius. Auro namq; sepe in
scripturis sapientiae splendor. argento nitor os
tendi uerborū consueuit. Inseretur aū uelum per
circulos. intra quod pones arcam testam̄ti quo scūa
rium & sanctuarii scūaria diuidentur. Circuli q;
neq; initiū habere neq; finem uidentur nonnumq;
in scriptura sacra p aeternitate poni solent. Et
apte uelum quo caelum figuratur p circulos suspen
sum. ēē. perhibetur. Uel quia in aeterno erat consi
lio diuinitatis quando mundus crearetur. in quo pri
mū atq; & cimium locū habet natura caelestis. uelq;
ita factum. ē. firmam̄tum caeli ūnum quā eius factura
soluatur. Nam quia dn̄s ait. caelum & terra tran
sibunt. de caelo ē aetherio accipiendum. De quo
hieremias. miluus inquid in caelo cognouit tempus
suum. Illud namq; caelū in iudicio igne periturum ē.
qd̄ in diluuio constat ēē perditū. petro ad testante qui
ait. Caeli erant prius & terra de aqua. & per aquā
consistens uerbo dī. Per quae ille tunc mundus aqua
mundatus periit. Caeli aū qui nunc s̄. eodem uerbo re
positi s̄. igni reseruati in diem iudicii. Intra hoc aut̄
uelum templi posita ē arca testam̄ti. quia mediator
dī & hominū homo xp̄s ihs̄ qui solus paternorum est
conscius arcanorū. post passionem suā resurrectionēq;